

Tractatus

probabilibus propositis / quid illoꝝ pro
babilibus habendū sit. Pretactū est insup
de resolutione faciēda ad terminos iuris
diuini / vbi humana iura dissonare adin
uicem vel cōtra caritatē viderent militare
Ita enī fieri necesse fuit pro sedatione scis
maris p conciliū generalis conuocatōem
sine papa recepto p omēs qui cōuenerāt
et p̄ iudiciū cōciliū sup vtrosq; cōtendē
tium de papatu. Non obstantē lrali sono
decretorū / quod nec conciliū euocari po
test sine papa. nec papa potest a toto con
cilio iudicari. ¶ Sed hec hacten? prote
statōe subiuncta. q̄ nihil hic vel alibi / te
merarie loqui propositū fuit. nihil cū cō
scientiā vel detractōis vel inordinati fauo
ris. vel amaricati cordis. nihil deniq; in
fauorē illicitoꝝ cōtractuū vel cōtrahenti
um. p̄sertim vsurarie prauitatis. quā no
uimus tam diuino q̄ humano iure dam
nam.

¶ Finit tractatus de cōtractibus.

2 Incipit tractatus eiusdem de symonia.

Super materia symoniace la
bis in collatione bñficioꝝ p
papā resoluēdo materiā ad
radicē scripture sacre. qua di
missa p̄currere ramos opini
onū p̄ticularium sine caret. ponitur hec

vnica conclusio:

Symoniaca labes p̄tra ius diuinū
vel de symoniaca spē suspectū est
in conferēte bñficiū eccliaisticū (etiā si sit
papa) extigere vel extorq̄re a bñficiādo / p̄m
ptam pecuniā / sub titulo primorū fructu
um / ac ip̄edire possessioēz z officiatōnem
suā quosq; soluerit illā pecuniā. Deduce
mus p̄clusionē hanc / p̄mo ex septē suppo
sitōib; / fundatis in iure diuino. **D**ebic
r̄ndebim? septē obiectōib;. **S**ubinde
septē p̄sideratōes vel doctrinas adiiciem?

Prima suppositio.

Supponit primo p̄ p̄batiōe / q̄ in
bñficio p̄sertim hñre curā aiaruz
sunt hec duo scz officiū z bñficiū. Benefi
ciū autē (sicut dici solet z vez est) dat pro
pter officiū. Vñ ad ius z obligatōem offi
ciandi / p̄petit ius bñficiū recipiēdi. sicut
infra docebit / ex oī iure. Propterea nō de
bet obligari q̄s ad officiaudū / p̄ traditōz

ordis sacri vel alias / nisi bñficiū. i. ius re
cipiēdi sustentatōem vite siml' annexat

Secunda suppositio.

Supponit p̄terea / q̄ officiū ecclie
siasticū q̄nq; sumit p̄ iure officia
andi. Quāq; p̄ obligatōe ad officiaudū
Quāq; vero p̄ ipso actu officiaudi. ¶ Est
autē hmoi act' sic descriptibilis q̄ est exer
citiū aliq̄ imp̄sum ad vtilitatē alteri' vel
alioꝝ / p̄ p̄secutōe felicitatis eterne. z dam
natōis euitatōe. Vñ p̄ hanc vltimā clau
sulā / differt officiū eccliaisticū / ab officio
tpali vel civili. videlicet rōne finis. primi
seu principalit' intenti / qm̄ finis primus
officij ciuili' est felicitas seu tranquillitas
politica vite p̄ntis / officij aut eccliaisticuz
h3 finē altiorē / videlz salutē eternā aiarū.

Tertia suppositio.

Supponit insup q̄ hec tria / pure
sunt spūalia / scilz ius ad officia
dū quod dat a supiore vocāte vel eligente
qz nemo assumit sibi honorē fm aplm̄ s3
q̄ vocat a deo sicut aaron. Silt' obliga
tio ad officiaudū cōsurgit ex consensu su
scipiētis hoc ius vel honorē. Silt' actus
officiādi / spūalis est rōe finis vel obiecti.
z vt frēq̄nter rōe ipsiusmet obsequij. sicut
sunt baptizare. p̄dicare. ordinare. celebra
re missam absoluerē et ita de reliquis.

Quarta suppositio

Supponit amplius / tanq; suffici
enter et expresse determinatuz / de
iure diuino p̄ christū z p̄ aposto
lum / q̄ ad officiuꝝ eccliaisticū sic trifarie
sumptū / pro iure / pro obligatōe. et pro
ipso opere / correspondet beneficiū infra
rie proportionabiliter sumptū. scilz pro
iure. pro obligatōe et pro ipso opere. ¶
Unde beneficiū p̄ ipso iure sic potest de
scribi. q̄ est ius recipiēdi sustentatiōem
vite temporalis condēcentē / ratōne sui spi
ritualis officij. ¶ Obligatio autē ad be
neficiū prestandum / cōsurgit ex obli
gatōe que est ad officiaudū. Unde illi q̄
pure sponte ministrant spūalia / non
semper obligātur illis quibus fit hec mi
nistratio. quin habeant curatos vel pla
tos ad hoc ip̄z eis ministrādū obligatos.
alioq̄n duplici contritōe vel onere p̄merē
tur. ¶ Tere actus bñficij / actui officij vel
exercitio correspondet. et hoc vtiq; de iure
diuino z insepabili. sicut deducit aplus
ex multiplici radice sumpta. nunc a lege

Scripture. nunc a lege nature. Unde sic ait
vbi prius. Quis militat suis stipendijs
ynq̄. Quis plantat vineā & de fructu ei⁹
non edit? Quis pascit gregem & de lacte
gregis non māducat? Nunqd̄ fm̄ homi-
nē hoc dico. an & lex hoc non dicit? Scri-
ptum est enī in lege moysi. Non alligabis
os bonis tritūrat̄is. Nunqd̄ de bobus cu-
ra est deo? An propter nos hoc dicit? Hāc
propter nos scripta sunt. quoniā debz in
spe q̄ arat arare. et qui triturat. in spe fru-
ctus percipiēdi. Si nos vobis spiritua-
lia seminam⁹. non magnū est si nos car-
nalia vestra metam⁹. Si aliū potestatis ve-
stre pticipes sunt. quare nō potius nos?
Sed nō vsi sumus hac potestate. sed oīa
sustinem⁹. ne quod offendiculū dem⁹ enā
gelio xp̄i. Nescitis quoniā q̄ in sacrario
opant. que de sacrario sunt edūt. & qui al-
tario deseruiūt. cū altari p̄cipiāt. Ita do-
min⁹ ordinauit his q̄ euāgelium enūciant
de euāgelio viuere. Nec apostolus. imo
per apostolū dominus.

Quinta suppositio.

Supponit rursus q̄ in his q̄ sunt
symoniaca de iure diuino & nō so-
lum qz̄ p̄hibita lege humana (vt ita loq̄-
mur more iuristarū) Papa potest p̄mitte-
re symoniā. qm̄ diuine legi subijcitur si-
cut alius & dñi trāsgreditur illā. graui⁹ pec-
cat q̄nto maior habetur. Cōstat autē p̄-
hibitiū esse iure diuino vt illō qd̄ est vere
spirituale. queratur em̄i vel vēdi. sicut de
Syluano & Symone mago. scriptura sacra
palā tradit. Et sicut xp̄s ad discipulos lo-
quēs determinat. Gratis accepistis gratis
date. Math. x. Vbi in eodē capitulo det-
minauerat q̄ dicta sunt de iure bñficij re-
spectu officij dñi ait. Dignus est oparius
cibo suo. Et Luc. x. de mercede sua

Sexta suppositio

Supponitur vltim⁹ q̄ licet officio
papali. rōe iuris & obligatōnis et
operis spūalis. cōpetat bñficiū trifarie p̄-
portionabilr̄ acceptū. nihilomin⁹ ip̄e pa-
pa nō p̄t q̄buscunq̄ modis voluerit. bñ-
ficiū illō exigere vel extorq̄re. sed iuxta le-
gē diuinā qd̄ instū est iuste creq̄tur. et ab
oī specie mala sicut iubz̄ ap̄ls. semet absti-
neat.

Septima suppositio

Supponitur cōsequēter. illō iu-
stū esse. & tale quale nemo sibi fie-
ri vellet. q̄ de beneficio iure debito ip̄i pe-

tro. ipse det pecuniam prius q̄ beneficio
vriatur ne forte vsurarius sit. Sic autem
est in casu conclusiōis cui⁹ veritas ex his
suppositiōibz̄ simul cōbinatis videtur eē
sufficiēter oñsa. Cui⁹ deductiōis applica-
tionē omittim⁹. que virtualit̄ & resolutiue
stat in hoc. q̄ ius suscipiēdi temporalia
quantūcunq̄ temporalia videātur. est pure
spirituale. ratione finis et obiecti. propte-
rea beneficiū ecclesiasticū. non magis po-
test vendi q̄ officij cui⁹ necessario conne-
rum est. quale tamen officium / non esse
vendibile. nemo nescit.

Obiectiones

Prima obiectio

Sed opponitur ex radice multi-
plici. Primo quia sicut ex anti-
qua lege decime decimarū debe-
bantur summo sacerdote a leuitis. Num.
xviii. et Deuter. xv. Sic non minus in
lege noua debetur hec decimatio vel suffi-
ciens recōpensatio faciēda. p̄ inferiores
ipsi pape. Hec autē recōpensatio videtur
rationabilis q̄ fructus primi anni a quo
libz̄ nouiter beneficiato persoluātur. qm̄
in hoc papa seruit ecclesie. & ita propt̄ hoc
officiū in promouēdo homines sibi debe-
tur p̄ sustentatione concedēti status sui.
et ad hoc tam p̄sone q̄ beneficia possunt
onerari.

Secunda obiectio

Huius nō minus potest papa
recipere vel petere pecuniā a bñfi-
ciato etiam p̄s q̄ sit in possessio-
ne. q̄ canonici ecclesie cathedralis. q̄ ta-
men canonici. de consuetudine recipiūt
tam pecunias numeratas. q̄ obligatōnē
ante possessionis adeptiōnem.

Tertia obiectio

Huius non min⁹ rationabilit̄.
imo rationabilr̄ potest papa reci-
pere primas annatas beneficio-
rum. q̄ recipiunt vel prelati inferiores. vel
ecclesie cathedrales vel alique religiones.
quod tamē ita fieri frequent⁹ inuenitur.

Quarta obiectio

Huius beneficia multa tradū-
tur ad firmam seu pensionem an-
nuam vel in titulo. & recipitur q̄n-
doq̄ pars pensionis vel tota pensio. pri-
us q̄ sit de redditibz̄ aliquid acceptum.

Quinta obiectio

Haplus. qz nō est pbabile q per tot tpa tolerasset ecclia in pmouētibz z promotis / talē exactōem pecuniaz / si fuisset symoniaca de iure diuino. qz nō solū q faciūt mala sed q cōsentunt faciētibz fm aplm digni sunt morte

¶ Sexta obiectio.

Haplus videt ex his / q horribilis cōfusio fuisset hactenq in ecclia ppter defectū tituli seu iuris in bñficijs. z cōsequēter in defectu amīnistratiois sacramentoz ad ppos / ppter defectū vel suspensionē eccliaē prātis in ministris. ¶ Septima obiectio.

Haplus / qualiter prouideret sic promotis papavel altero promouente / symoniā committente.

¶ Sequuntur respon

siones ad predictas obiectōnes.

Respondēdo talibz obiectis dicim⁹ primo q inferūt z cōcludūt aliq̄s veritates. Ut q officio pape debeat bñficiū sufficiens z cōdecēs. Et q ab inferioribz sibi debet subsidiū. Et q illud subsidiū p̄vel potuit / debitis circūstantijs obseruatis accipi sup fructibz in feriorum bñficiōz vbi nō est aliter facta pape sufficiens prouisio. sicut prima ratio satis hoc concludit. tam ex iure diuino. q̄ naturali / presupposito diuino. Sed q fiat exactio vel extorsio sicut conclusio loquitur / ratio non cōcludit. ¶ Ad scōdaz rōem

Deinde cū videtur oppositū concludi p secundā ratiōē de canonicis. Rñdet q lata est differētia. qm̄ tales pecunie nō erigūt a canonicis p beneficio vel officio. sed p cōibus oneribus supportādīs. in qb̄ canonicus ille princeps erit quo ad emolumentū p̄munē. sicut pro fabrica. pro pane. pro pueris de choro. p clientibz. pro capa et similibz. Non negam⁹ tamē quin apud aliq̄s / modus exigendi nō sit vsq̄quaq̄ purus z decens. licet non proprie symoniacus.

¶ Ad tertiam ratiōē

Deinde tertia ratio cōcludit cōformiter ad primā. Deberet ergo similis eē cōformitas de nō exigendo fructus an̄ pceptiōez eoz. sicut nec erigunt ab illis de quibus est argumentum

¶ Ad quartam ratiōē.

Deinde possumus de q̄tra ratiōe sicut de secūda dicere. et similit̄ de sequentibus quo ad hoc q valde multa (prochdolor) fuūt z facta sunt habētia malam speciē turpis questus. z in ml̄tis symoniacam prauitatē. sicut et alia vicia / regnare videmus passim apud homines. virtutes autēz raro. p̄pterea dicit lex antiqua. Non insequeris multitudinem ad faciendū malum. hec enī est argumentatio pessima. Multitudo facit hoc. igit̄ est licitum. quoniā oppositū cōsequētis frequēter et quasi semp stat cū antecedere

¶ Ad quintā ratiōem.

Deinde respondet p hoc ad quintam. Addēdo q apd bonos cōscientiosos z eruditos / q̄s nō excecavit malicia vel supbievel adularōnis vel auaricie. talis symoniaca pestis reprobat̄a est. p predicatōes z doctrinas. verbis z scriptis. z nouissime per hoc sacrum concilium scilicet Constañ. iudiciali seueritate damnata fuit in capite.

¶ Ad sextam ratiōē.

Deinq̄ per pmissa patet ad sextaz aliqualis responsio. Addēdo q aliqui z si nō omēs potuerūt habere verū titulū in suis beneficijs. z verū ordinē / sicut constat / z hoc ppter excusatiōnes aliquas pbabiles apud aliquos tam platos q̄ subditos. Subditos eī excusare potuit ignorātia iuris z facti. in qb̄ sup̄rem⁹ papa ip̄s suppleuit z supplet i tali b⁹ defectū platoz. Itate bona fide subditōrū. ¶ Rursus p̄motos p symoniacā hanc exactōem / potuit fortassis excusare respectus redēptionis p̄prie veratōnis. quē ad modū dicūt etiā in simili theologi. q vbi p̄sbite nollit baptisare puez positū in articulo mortis nisi pecunia p̄cepta. nec apparet ali⁹ potēs vel sciēs baptisare p̄ defectū aq̄ vel intinctōis. parētes pueri dare p̄nt pecuniā. nō qdē intētiōe emēdi baptisima. s̄ redimēdi veratōz suā z puero prouidēdi. Neq̄ per hoc dicēdi sunt p̄sentire pctō symonice b⁹ curati. sic in materia de vsuris p̄t aliq̄s accipere ad vsurā licite i ca / sibi certis / q̄uis alteri nullo mō liceat dare. ¶ In redēptio veratōis videt h̄re locū n̄ qdē i acq̄redo ius nouū ad officii vel bñficiū h̄mōi spūale / p̄f̄ti apd p̄ferētē s̄ iue n̄ h̄re locū dū tolli q̄rit̄ ipediētū qd̄ apponit̄ nequis iure suo vel re sua pacifice.

potias vel utatur. Sic fortassis excusabi-
les essent subditi respectu curatorum vel p-
latorum. dum compelluntur pecuniā an tra-
dere/ q̄s res spirituales eis debite conferantur
sicut in exemplo priori de baptismo par-
uulorum. de sepulturis. de ministratiōe cor-
poris xpi. de absolutiōe sacramentali. de
collatione ordinū. matrimoniorum. et simi-
liū. **D** Deniq̄ pro responsiōe ad septimā
rationē/ cōsideratio septuplex notabitur.
satis cōformiter ad premissa. **A**d septi-
mam rationē. **P**rima consideratio.

Symoniaca labes sicut de se non
est heresis. sic nō aufert a papa ne-
cessario suam potestatem. vel eccle-
siastice potestatis plenitudinē. immo nec
executionē. **P**rima pars ideo manife-
sta est. quia stat aliquē esse symoniacum et
sola deprauatiōe affectus per auariciam
remanente iudicio recto intellectus q̄ sic
agere peccatū est. Non est autē heresis si-
ne deprauatiōe intellectus per errorem/
in his q̄ recta fides tradit. Potest nihilominus
p̄sumptione iuris vel opis/ symo-
niacus omnis/ haberi in fide suspectus.

Pater altera pars/ quoniā posituius le-
gibus suis/ non est papa subiectus/ vt ta-
les sunt. Quare symoniacus suspēdatur
ab omni exercitiō tanq̄ excommunicat⁹ ip-
so facto/ posituius est. quod nō ligat papā
cum par in parē nō habeat impium. Cū
preterea sit hoc modo solutus legibus in-
telligi pure posituius penalibus vt supra
ius hoc modo sumptū. **S**ic intelligen-
da est (put arbitror) distinctio dominorum
iuristarū. dum dicūt aliquid esse symonia-
cum quia prohibitiū est in illo casu nō pos-
se papā cōmittere symoniā. plane nulla ē
proprie symonia nisi q̄ prohibita iure di-
uino. vbi scilicet cōuenit cōtractus iste rerū
spiritualium pro re cōmensurabili numis-
mate. do si des. vel do vt des. Nihilomi-
nus apponit in aliquibus cōtractibus non
de se symoniacis pena symonie. vbi verū
est q̄ hoc ideo dicitur symoniacū quia lege
humana prohibitiū. sicut aliq̄s puniūt tā-
q̄ hereticis p̄sumptione iuris posituius vel
operis qui veraciter est catholicus.

Secunda consideratio

Symoniaca labes in papa/ conse-
rendo prelatū vel beneficium/
non tollit necessario ius ad bene-
ficiū/ neq̄ potestatis ecclesiastice suspen-

dit executionē. **H**ec consideratio sequi-
tur ex antecedenti. quoniā potest papa vel
le taliter promorū/ non incurrere senten-
tias iuris posituius. etiam vbi veram symo-
niā cōmitteret. consentiēdo symoniace
promotiōni sue. quāuis apud deū nō eu-
deret omnē penam. **P**ater aliū de consi-
deratio iuxta ea que dicta sunt circa sextā
obiectiōem de redemptiōe veritatiōis. vel
etiam vbi bona fides et simplex in promo-
to esset. ipm q̄ saluaret. **T**ertia conside-

Symoniaca labes/ periculosior est
etsi nō quo ad deū tamen quo ad
forum ecclesiasticū/ in promotis
per prelatos inferiores/ q̄s per papam
Hoc perspicuū est in precedenti conside-
ratione. Attento q̄ omnis symoniacus
ipso iure excommunicatus est/ cum reliq̄s
penis. a quibus nō liberatur per ordina-
rium/ quemadmodū de papa tactū fuit.

Quarta consideratio.

Symoniaca labes/ quibus posset ex-
cusari vel non inueniri circa rece-
ptionē pecuniarū vel eorū q̄ sunt
numisimate mēsurabilia (quemadmodū
sunt obsequia vel fauores et obligatorie
promissiones circa spiritualium admini-
stratiōem in litteris testimonialibus con-
ferendis et similibus) Nihilominus expe-
dit in his omnib⁹ vt obseruetur apostoli-
ca regula. Quātum fieri potest/ ab omni
specie mala abstinete vos. **P**osset de p-
ma parte deductō fieri per plurima. circa
diferfos ordines et status/ circa religio-
sos conuentus et seculares ecclesias/ circa
prelatos et officarios suos/ circa curatos
et eorum vicarios vel subditos. Fiūt ita
q̄ plurima per tales huiusmodi que re-
ctam habere possunt intentionē/ licet mo-
dus faciendi scandalifer. vt quia videtur
fieri pactio de temporalibus. vel negatiō spiri-
tualium seu dilatio propter temporalia vel
ex aduerso fieri videt propter temporalia spiri-
tualium collatio exercitiū vel frequēratio vt
in missis dicēdis/ vt in horis lucros non
alijs frequēntandis. Laueat igitur hec multi-
plex mali spēs/ p̄ boni spēm apposita q̄n-
tū fieri dabit. q̄ n̄ est n̄m posse scādali oī-
b⁹ acceptis occurrere. **Q**uinta consideratio.

Symoniaca labes/ commodi⁹ eu-
tari potest/ per rectificatiōem in-
tentionis/ desiderando scilicet vel
ponit/ nequis iure suo vel re sua pacifice

accipiendo temporalia non ut sunt precii spiritualium vel cupiditatis nutrimentum sed necessarie sustentationis corporalis adiumentum. Sic itaque saluabitur illic non esse commutationem symoniacam. ubi tamen concurrunt hoc. do si des. vel do ut des. quonia be dicentes conditionales et causales. si ut. propter. et similes. non notabunt causam principalem. sed consecutiua. et minus principalis. seu motiua vel adiniculariua seu meritoriua ut ibi Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem. Que utique retributio referebatur ad deum propter prophetam sicut finis sub fine. Ubi autem unum propter aliud (sicut dicit phis) ytrobius unum.

Secunda consideratio.

Symoniaca labes potest quo ad preterita suscipere pro uisione et medellam per hoc sacrum concilium. propter serenationem conscientiarum et animarum salutem taliter. quod aboleantur edicto generali quod libet penes sententiam iuris positum contra symoniacos edite cum habilitatibus ad beneficia iam obtenta. dando licentiam insuper pro preterito. ut quilibet possit eligere confessorum idoneum. qui eum super omnibus dubijs vel scrupulis in foro conscientie absoluat.

Videt fortissis hec pro uisio nimis lata vel laxa iuxta seueritatem ecclesiastice discipline. sed habeatur respectus ad immensitatem misericordie dei. et humanam fragilitatem. que mallet sepe salutem proprie quam beneficium vel statui renunciare et tolerabile apparebit ista pro uisio. aut si de necessitate puniendi sunt aliqui nimis notorie scandalosissimi. nihilominus de salute communitatis atque plurimorum cogitetur.

Consideratio septima.

Symoniaca labes poterit pro futuro preseruationem habere. Logitur per hoc sacrum concilium ne passim licenter ut hactenus introeat consuetudo leges debitas vel iam institutas renouando mutando vel interpretando circa collationem omnium spiritualium. tam a capite quam a membris. cum tali moderamine. quod neque fiat strictior prohibito temporalium quam oportet in capite vel in membris. sicut factus esse pluries existimant in quibusdam. neque rursus permittatur talis laxatio que vel ueram symoniam vel scandalosam symonie speciem introducat. hec autem particulariter sit eorum

qui ad hoc particulariter commisi sunt. **C**eterum generale concilium in qua potestate possit leges huiusmodi prescribere presertim summo pontifici sine lesione plenitudinis sue potestatis. utilis est practicatio. de qua si annuerit deus. alias et alibi uidebitur. concordando plenitudinem potestatis papalis cum ipsa plenitudine potestatis concilij.

Rationabilis

Hanc contra symoniam et symoniacos reformationem. offeruntur propositioes que sequuntur quarum declaratio tam scriptis iam editis quam uiva uoce poterit apparere.

Prima propositio

Finis principaliter intentus recipiendi temporalia per ministratio nem spiritualium. reddit hominem proprie symoniacum in foro conscientie et ad deum. et si hanc intentionem aptis ad extra monstret indicijs. censendus est in ecclesiastico foro symoniacus. vel de symonia uehementer suspectus.

Secunda propositio:

Finis principaliter intentus accipiendi temporalia pro amministrazione spiritualium. tanquam ibi sit ad equatio uera precij ad precium. sicut est in commutatione temporalium ad inuicem. reddit hominem proprie symoniacum.

Tertia propositio

Finis principaliter intentus ut prius. reddit hominem proprie hereticum. si faciat hoc ex deprauato intellectu iudicio. quasi tale aliquid possit de facto. aut deat de iure fieri. et hoc si pertinacia commiteat. **Q**uarta propositio.

Obligatus ministrare spiritualia sicut sunt sacramenta et beneficia ecclesiastica. potest rationabiliter et licite habere respectum ad temporalem commodum. mercedem et premium. quantum minimum principale et secundarium.

Quinta propositio

Obligatus ministrare spiritualia. et ministrans ea. habet uisum et potestatem recipiendi temporalia. absque hoc quod medicet ea. Et sub hac intentione (licet minimum principali) potest uel potuit obligare se ad ministrandum spiritualia. et per mercedem uel stipendium uel cibum et sua sustentationem recipere temporalia. sicut exemplificari posset in omni statu ecclesiastico.

tam secularium quam religiosorum. a maioribus ad infimos.

Sexta propositio.
Obligat ministrare spiritualia et ministrans ea sub spe vel expectatio ne vel intentione quod recipiat temporalia pro sustentatione ministri et mercede vel cibo operari non ideo convincitur symoniacus. sicut nec ille qui dat temporalia sub spe recipiendi spiritualia. immo sciret quod peccaret non tradendo ea. sicut in casu ministrans peccare posset abijciendo vel reprobando talia dona seu potius mercedem et stipendia

Septima propositio.
Ecclasticus ministrans ex debito sue prelationis vel officii/baptisma confirmatioem. eucharistia. confessione. ordines. extrema unctione. sepultura. et ita de reliquis spiritualibus. non ideo convincitur symoniacus si ante vel post ministratores recipiat temporalia ab illis quibus ministrat spiritualia.

Octava propositio.
Ecclasticus/officiarius ex debito beneficio suo/sicut frequenter horas canonicas. vel exequas mortuorum/non ideo convincitur symoniacus si recipiat aut recipe intendat/distribuciones temporales assignatas illis quod talibus assistunt officiis etiam dum aliquando sub hac intentione mercedis vadit ad aliquod officium ecclesiasticum alias pro tunc non iturus. Excepi gratia si cuilibet/etiam religioso quod interesset magne misse in ecclesia Constantiensi. quotidie distribuere vel honoratus. constat quod multi interessent quod modo non intersunt. nec alias interessent. nec ideo symoniaci esse indicandi.

Nonna propositio.
Ecclasticus prelati aut alii conferens beneficia ecclesiastica/non ideo convincitur symoniacus si recipiat a beneficiatis aliquod temporalia.

Decima propositio.
Etirpacio symonie/non ita dicitur procurari quod ducantur homines in maiora pericula et scandala pro nimia symonie restrictio. ubi non est vel pro non esse symoniacus si habeat intentionem vera directione flectita quod ecclesie vel ecclesiasticorum dotatio/debita iure diuino/evacuata vel fraudata sub heresim reformatiois preterita/velut a demonio meridiano.

Undecima propositio.
Etirpacio symonie/ primo facienda est cordibus hominum. ostendendo quod liter in corde vel intentione/symoniaca prauitas committitur. et qualis debeat haberi cordis intentione/dum in ministratoe spiritualium

fit vel expectat temporalium receptio.

Duodecima propositio.
Etirpacio symonie/ab ecclesia sancta dei/in capite et in membris/salubrius facienda est/inducendo homines ad timorem dei. et ad custodiam mandatorum suorum. secundum legem euangelicam. quam per sola iurium penaliu/constitutioem. quorum multiplicatio forsitan magis esset restringenda quam augenda. multa enim reputant vel puniunt tanquam symoniaca/que symonie roem proprie non includunt et ita faciunt viam domini artam magis quam oportet

Dicitur ad declaratoem premissorum pro nunc/alias posita hec unica distinctio. Resoluendo materiam de symonia/possum inuenire distinctioem quod duplicem/de intuitu vel respectu comodi temporalis pro spirituali. Potest ei intuitus ferri ad temporale comodu. Primo tanquam ad precium rei spiritualis. quasi sit adequatio valoris unius rei ad alteram/sicut est in emptore et venditione civilibus. Potest secundo ferri intuitus ad comodu temporale tanquam ad motiuum principale dandi spiritualia. vel ad finem vltimum in quo consistit intuitus spiritualis conferentis. Potest tertio ferri intuitus comodi temporalis tanquam ad motiuum minus principalem vel ad finem subordinatum sub vltimo fine. Potest quarto ferri intuitus comodi temporalis tanquam ad rem debitam iure diuino pro sustentatione illius quod spiritualia sumministrat. iuxta doctrinam christi et apostoli. Ex dignus est operari mercede sua. Tunc ad propositum dicimus pro responsione succincta et solida quod primo intuitus et scilicet sunt vere symoniaci. de iure diuino et humano. Et si concurrat error intellectus quod scilicet talia possunt fieri. sicut in primo dicitur vel quod licite fiant sicut ponitur in vtroque modo. tunc incurritur heresis proprie dicta et habendi sunt symoniaci tales heretici proprie dicti si sint principes. Dicimus consequenter quod si ferat intuitus tertio et quarto modis. ille potest esse licitus. immo laudabilis et meritorius ac debitus. Hoc tamen attento quod obseruet illud apostoli. Ab omni specie mala abstinete vos. Hec est quod administratio spiritualium facta sub altero tali intuitu non appareat fieri ex modo suo. intuitu primo vel secundo. ut si non exercent spiritualia. si non prius denent temporalia. aut si turpiter erigant. et cum scandalo. et auaricie nota. in quibus casibus possent haberi suspecti de symoniaca prauitate sic agentes. et hoc presumptioe iuris vel facti. et possent

Æ

De sollicitudine

in hoc casu ipsi tanq̄ tales iudicialr̄ cuo
cari.

¶ **Opusculū eiusdeꝝ**
de sollicitudine ecclesiasticor̄. ad fr̄es cele
stinos/continēs. lxxviii. particulas:

¶ **Q**ueritur responsio super dubijs
sequentibz/ vnde crebro solici
tudines conscientiar̄ in ecclia/
sticis z religiosis oriunt̄.

¶ **Primū dubiū** **¶** Si liceat ecclesiasticis
maxime religiosis/ dū conferuntur eis tpa
lia/ se z successores suos obligare ad certa
z determinata suffragia in missis y l̄ alijs
officijs ecclesiasticis. sicut habet vsus cō
munis? Solutio p̄ricula. xiiij. que p̄sup
ponit alibi tractata de symonia.

¶ **Secundū dubiū** **¶** Si liceat omitte
re tales obligatōnes sine reatu pcti mor
talis. p̄sertim quando videtur grauior̄
res q̄ oportet ex euentu vel aliunde? So
lutio p̄ricula. xij. et a. xix. vsqz. xxxij.

¶ **Tertiū dubiū** **¶** Si melius eēt q̄ con
feretes tpa lia starēt in sola generalitate p̄
suffragijs h̄ndis. z si ad hoc z quō monē
di sunt? Solutio p̄ricula. xvij. et. xvij.

¶ **Quartū dubiū** **¶** Si in casu secūdi
dubij necessaria sit z securā dispensatō su
prioris prelati vel pape vel ordinarij? So
lutio p̄ricula. xxviii. vsqz. xxxij.

¶ **Quintū dubiū** **¶** Si liceat ecclesiasti
cis bene z sufficienter fundatis recipe no
uas obligatōnes cum augmento seruitij
Solutio p̄ricula. xxxij.

¶ **Sextū dubiū** **¶** Si liceat sine augm̄
to seruitij/ ita q̄ non plures dicatur mis
se vel obitus. zc. q̄uis hoc intendat temp
paliū collatores? Solutio p̄ricula. xliij.

¶ **Septimū dubiū** **¶** Si liceat admitte
re super fratres iam fundatos/ alios qui
habeāt speciales cellas z obligatōnes ad
suos istitores alias q̄ reliq̄ fratres? So
lutio cum. viij. ix. x. et. xij. dubijs p̄ricula.
xxxij. xxxv. xxxvi.

¶ **Octauū dubiū** **¶** Si liceat se obliga
re q̄ omnis fructus spiritualis in missis/
z alijs que obligatus dicet/ cedat in vtili
tatem tempalia conferētis?

¶ **Nonū dubiū** **¶** Si tantū p̄sunt suffra
gia dū fiūt pro pluribz quātūz si fierent p̄
vno vel paucis. z p̄sertim illi qui facit?

¶ **Decimū dubiū** **¶** Si debēs vnā mis
sa z possit alios adiūgere sine defraudatōe

illi? qui missam peciēt aut instituit?

¶ **Undecimū dubiū** **¶** Si necesse sit sp̄
pro specialibus fundatoribz oratōnes fa
cere speciales. maxime dum hoc institue
rint licet non specificando modū z quis
modus tenebit? Solutio p̄ricula. xxxij
cum quinqz sequentibus.

¶ **Duodecimū dubiū** **¶** Si liceat pro
loco solenniiori in sepulchris vel pro alijs
pompis exequiarū/ pacisci verbo vel intē
tione/ de maiori tempaliū collatōe?

¶ **Tredecimū dubiū** **¶** Si discrete faci
unt obligantes se ad suffragia p̄ alijs/ q̄n
inde min⁹ valent vt videt̄. p̄ seip̄. z nō est
p̄p̄atio tpa lis p̄modi ad sp̄uale. Solutio
hui⁹ z. xiiij. p̄ricula. xlv. cū tribz seq̄ntibus

¶ **Decimū quartū dubiū** **¶** Si caute fa
ciunt religiosi/ qui leuiter admittūt ad p̄
ticipatōez omniū b̄nficioz per illos qui
benefaciūt eis vel qui petunt?

¶ **Decimū quintū dubiū** **¶** Si obligat⁹
ad orōes vocales/ sit absolutus ab obliga
tōe/ dū eas dicit sine attentōe vel deuorō
ne vel affectōe aut sollicitudine? nā attentio
est quedā sollicitudo. Solutio istius z se
quentis p̄ricula. lv. vsqz ad finem.

¶ **Decimū sextū dubiū** **¶** Si sufficit ge
neralis intentio qua vult ecclesiastic⁹ vel
religiosus orare speciali⁹ pro benefactori
b⁹ q̄ pro alijs. super qua specialitate q̄nti
ficanda se refert ad deum/ qui pōderator
est meritorum?

Prima particula

¶ **A**plite solliciti esse Barth. vi.
Luc. xij. Iubet hoc sup̄m⁹
abbas noster Ihs xps/ i cu
ius spū salubrit̄ instituiti cla
mamus Abba pater. Conso

nat ap̄ls eius magn⁹ prior in religioe xp̄i
ana dicēs Corinthijs/ in p̄sona oim̄ Co
loynos sine sollicitudine esse. S; mox sub
intulit vtilē z necessariā de sollicitudine di
stinctōem. ne vel sibi ip̄i vel alijs cōsortibz
suis/ cōtrari⁹ videret̄. quorū sermo frequē
ter ad sollicitudinē p̄tra desidē inertia/ ex
hortat̄. Aut enī Qui sine vxore est/ sollicit⁹
est quē dñi sunt. quō placeat deo. qui aut̄
cum vxore est/ sollicitus est que mūdi sunt

Secūda parti.

¶ Ecce habem⁹ sollicitudinē z sollici
tudinem. Una est dei/ altera mūdi. Una

spiritualis altera temporalis. Utraque siqui-
dem bona. Alioquin culpata fuisset repro-
batoz cum sua sollicitudine conditio. pri-
ma tamen melior atque dinosa/adeo vrya-
caro dici possit. et dicat tam hic que ab apo-
stolo. i. Cor. vij. Uolos vos inquit sine so-
licitudine esse. Et alibi ad Phil. iij. Nihil
soliciti sitis. Et p psal. dñs Vacate inquit
videre quonia ego sum deus.

Tertia particula.

Elit ista sollicitudo vacas. et vaca-
tio sollicita. qualem habere licet decet
et expedit/ illos precipue qui celibes esse
sine tribulanti iugo vxozu nedu elegerunt
sed vouerunt. quales vos elegit et assum-
psit abbas noster xps (o patres et fratres
celestini) quos ad pñs alloquitur sollicitu-
do dilectionis mee qua suis impulit que-
stiuicularu stimulis/zelus vester religio-
sus sollicitus iuxta verbum prophetici Vi-
chee. vi. Ambulare cum deo suo.

Quarta particula.

Sensit itaque vester i dño timor cu-
ius vis est fm phm reddere timen-
tem sollicitu. Sensit inquit queadmodum
frustra fuisset assumpta sollicitudo vacas
deo/ si quadam retrospectoe seu tergiversa-
tione corrueret in mundi sollicitudine. et ia
no tm vana esset quasi sine no assequens
vacatonis/ vix damnabilis iudicaret et
reproba/ si in damnabile reprobaque soli-
citudinis peccatricis fouea preceps labe-
ret. quem dissuadet maxime sermo prepo-
situs. Nolite ait xps solliciti esse. etc.

Quinta particula.

Queret forsitan nouitioz aliquis que
sit et qualis hec sollicitudo culpa-
bilis. Nam de tolerabili mudanozu satis
insinuatu est. et de quadam altera ocio san-
cto condiuisa videt ammonita sed no cri-
minata fuisse illa marie sedetis ad pedes
Jesu soroz Martha martha inquit Jhs
sollicita es et turbaris erga plurima. por-
ro vnum est necessariu. Atvero tota com-
monitionis xpi series/ cu expositoribz su-
is in illa prohibitoe sollicitudinis sicut
Matheus et lucas referunt dat intelligi so-
licitudine mala esse que no est prudens et
sagacis prouidentie neque necessitatis. sed
est vel diffidentie vel pfidie vel cupidita-
tis curiose et anxie de quibz non est modo
per singula differendum.

Sexta particula.

Ueniam igitur p copendiu stari ad
pie sollicitudis vestre in domino
questioes. que sollicitudine reformi-
dant impiam. dum piam imo necessaria co-
guntur amplecti. Danet apud vos (o pa-
tres et fratres) pfundo corde firmata mo-
nitio aplica Hebreozu. iij. Sint mores
sine auaricia contenti presentibz. Nihil o-
minu aspiciatis illa esse necessaria que ce-
dit idem aplos. i. Th. vi. Habetes alime-
ta et quibz tegamur his contenti simus. Bñ
suades/ o magne prior aplos. placet id quod
apponis his contenti simus. At tamē alime-
ta et ea quibz tegamur/ oportet hñe. Non
autē hoc ipm totu/ vel labore nostro que di-
uinis macipamur officijs/ vel hostiatim
mendicatio que nequaquam discurrere p vicos
et plateas instituim/ obtinere fas nobis
est. Denique nihil equi fm omnē lege e-
deducit aplos. et Lorin. ix. que qui altario de-
seruit de altario et viuat.

Particula septima.

Ue ve mundo a scandalis. ve scan-
dala spargentibus vtilibus demonijs
In via hac qua ambulabam conq-
ritur propheta absconderunt supbi laqueum
mibi Et rursus. Juxta iter scan. po. mibi
Electa est ecce sub triplici religionis vo-
to via paupertatis vt sollicitudo notia di-
uitiaz/ cruentas et enecans vitare Electa
via castitatis pperue. contra sollicitudine
alligante vxori cu tribulatoe hmoi. Ele-
cta via derelictois proprie volutatis per
obedientiam/ contra sollicitudine tot dubi-
tationu/ tot scrupuloz/ tot discriminum.
qualia propria volutatis se du ducere vult
se seducens incurrit. Pudet heu pigerque
recordari/ quatis et qualibz apud nonnul-
los detrimētis/ omnia sunt in oppositas
exorbitationes euerfa subuersaque. Ja heu
nimis apparet veritas pabole xpi. que mo-
do du hec relegeren electa est in ecclesia de
immudo spu. qui cu exierit ab hoie. tadez
redit et adducit septem spūs nequiores se-
dum inuenit domu vacante. no quidē ve-
re sed sola simulatoe. sicut et solis extrinse-
ce pfessionis scobis ficta mundata est.

Particula octaua.

Est utique neque et immudus spūs
cupiditas. que radix oim malo-
ru et idoloz seruit/ ab aplo. et ma-
mona dicitur iniquitatis a xpo. Sed none neque
or est simlata paupertas que sub voti velo

De sollicitudine

latens/tota diuinitas inhiat. tota sollicitu/
dinibus earum pungit. et intus et extra conu/
nuit mirisq; modis lacrat. cruentatur.
dissipat. Cui nanq; poterit esse dubium so/
lertem atredenti/quin spiritus auaricie neq; iam
secum adduxerit septem spiritus. i. vniuersitates
vicioz neq;ozes se Simulata q;ppe (sicut
ait Aug. xq;tas duplex est iniq;tas. no se/
cus hoc loco. dic q; ficta et vota paup;tas
no est paup;tas spiritus. no paup;tas virtus
no amica bonis moribus frugalitas s; du/
plex iniq;tas. q; et vere cupiditas est et si/
mulatio. Hec hic sicut. Sed p;grediens/
isticvoti fractione/fundatoz defraudato
ne. primo factis dictis et exēplis scada/
lisatiōem inuenies. Demū subit illud ve/
rū dictū phariseis/pro talibus in religioe
penit? lapsa versantibus. quales hic solos
plangim? Circūitis mare et aridā. vt faci/
atis vnu p;selitū. i. nouitū in religione. et
cū factus fuerit/facitis eū filiū gehēne du/
plo q; vos. Ecclesiast. v. qm displicet deo/
infidelis et stulta pmissio. et meli? est non
vouere. q; post votū nō reddere.

¶ Particula. IX

Siste tandem anima siste calamū quē
indignatio tua rapit vltra longe
q; inchoādo pposueras. Et q; do/
ctrinā bonā datura es/distraberis satyra
que nulla vnq; orōe. nulla declamatōnis
acrimonia/satis erit reprobāda. Reuerta
mur ad progressum finis intēti/resumen
tes illud vñ arripuit nos maloꝝ recogita
toꝝ (presertim apud non paucos nostri
tempis religiosos) anxius dei timor. xp̄ia
naq; pietas/et miseratio fraternalis. Illō
erat ap̄ire/quo pacto/paup;tas religiosa/
vacaret abiq; sollicitudine victus et vestit?
Interveniūt factoz et vos interrogādo fa/
temini/plures crebro punitiui conscia/
rū scrupuli: nō sinētes timorosos fratres
implere cū paceverbū xp̄i cū aplica moni/
tōe. nolite solliciti esse.

¶ Particula. x

Ant at in genere/tres in p̄q̄itōe
victus et vestit? neq; stimuli. vn?
symonie. ali? vsure. alter fraudulē
tie. ¶ Sollicitat nimirū timorata mens/
ne forte misceat se inter dante t̄palia p spi
ritualibus recipiēdis et contra labes symo
niace prauitatis. et hoc vtiq; frequēter (ve
ve) puenit/dū nō habet directō. dū lumē
intentiōis nostre que d; ocul? corpis oim

actionū nostraz/est tenebre. ¶ Sollicita
tur p̄terea/ne in redditibus compandis. qz
nō semp inueniunt ad p̄petuū/reddat cō
tractus vsurari? ex adiecta conditiōe seu
pactōne de facultate toties quoties redi/
mendi. ¶ Sup hac v̄ro duplici q̄stione
sollicita scrupulosaq; p̄nit haberi quedā
opuscula nostra/nup edita. si tñ cum ma/
gnis talū tractatoꝝ v̄sa fuerint nume
randa.

¶ Particula vndecima

Sup est ad p̄ns inuestigare et inue
tos tollere (q̄tū iuuerit sator bo/
ni semis xps) zizanioꝝ fraudulē
toꝝ aculeos. quos latebrosa nocte dū dor
miunt per negligentia boies. supseminat
inimicus homo sub obtētu conditiōnis
victus et vestitus. Hoc etiā precipue v̄ia
p̄ questūculas sollicitudo/ scire desiderat

¶ Et quoniā defraudatō directe p̄traria
tur iusticie. tot modis inueniem? defrau
datōem quor iusticia fieri. oppositoꝝ q;
dē/eadē est disciplina. Dicit at iusticia vir
tus ad alteꝝ vel sicut ad alteꝝ. reddēs vni
cuiq; quod suū est. Porro iusticia ample
sumpto vocabulo/cōpatur ad deū et ad p
ximū. imo et ad seipm sicut ad alteꝝ. pro
ut in penitētia fit. dū sp̄s carnē subijcit
seruituti. Sic erit defraudatio. vna ad de
um. altera ad primū. tertia q; metaphori
ce dicta ad seipm. Et p̄imū de primis de
fraudatiōe (quia notior est) videamus. et
cōclusiones deinceps miseramus.

¶ Particula. XII.

¶ Conclusio prima

Sollicitudo pia/conferētis t̄palia
defraudat si sua intētiō a recipiē
te nō seruet. hoc ei proprie sonat
fraus et dol? dū p̄ndit vnu et fit alterum
Sic d; de testatore q; fraudat? est/ si sua
differat aut nō impleat intētiō. neq; tñ ac
cipiēda est de quibus intentōe. nō enī cadit
sub obligatiōnis recta lege neq; intētiō. si
saluti cōtraria. si moribus absōna. si in de
teriorē exitū/et? obseruatio sit v̄tura q̄tis
esset intētiō palā symoniace vel vsuraria/
vel iuri p̄iudicās alieno. v̄ deo sanctisq;
suis/non honesta.

¶ Conclusio scda.

¶ Particula decimatertia.
Sollicitudo pia/conferētis t̄palia/
dirigi d; ad sustentatiōem m̄stri
illi? t̄palē faciendā/a q; sp̄ualia requiruntur:
Iste si qdē iustus p̄p̄ri? et verus est titulus

suscipiendi spūalia. Et hoc supponatur ad pñs tanq̄s deductū sufficiēter in materia de symonia dū de directōe cordis forma daret. Et uero plerūq̄s fit/ vt mentiaf iniquitas sibi. nūc p ignorantiā affectatā z ideo culpabilē. nūc p negligentia que nō tanta sollicitudine querit agēdoz veritatem Expedi igit ad pticulares descēdere casus. nō quidē ad oēs aut singlos. hoc ei nobis est impossibile. qm̄ varij sunt sine nūero. z ita varij q̄ vna circūstantia qn̄q̄ posita qn̄q̄ deficiēs / iudiciū sapiētis variare cōpellit z hoc cū admiratōe paz sapiētis. nec ad oia circūspiciētis Quēsiuit vnus anachoritzaz a quodā patre. Pater de beo tentatōes admittere aut ptin? eas abijcere Admitte inq̄t. Accessit alter cum eadē petitiōe Abijce inq̄t nec admittē flōne p̄ria videri pñt. admittē. non admittē. Sic apud sapientē puerbioz. xxvi. Hec respondeas stulto iuxta stulticiā suā Et ibi dem. Rñde stulto iuxta stulticiā suā Sic in euangelio de monstrandis z nō monstrandis opibus bonis habes.

¶ Particula. xiiij.
Quia in re colligit/ vñ tam frequēs error/ in moralibz iudicijs venit. Sunt q̄ solis intendūt generalibz regul. vt sunt puerbia. z auctoritates scōrum. Sunt q̄ ad sola singularia dant se totos nullā ad p̄ria principia resolutōez facientes. qz vel nesciūt. vel negligūt. aut toti literales et sine spū/ carnalēs sunt. vel excecāt eos p̄ria malicia hec aut illa Sūt aliq̄ circūspecti simulz prudētes. q̄ singularia caute colligūt. z sapiēter ad regulas resoluūt generales. colligētes pariter q̄ fuerit rō date legis qn̄q̄ p̄ eleuatiōem mētis ad reglās diuinas. qn̄q̄ ad hūanas Primū fit p virtutē quā vocat Arist. gnomicā Altez p epikeiā. quā dicere possum? bonam eq̄tate Et qm̄ rarissimi sunt tales circūspecti (req̄rit enī cū eruditōe lōgus expiētie vsus) nō expedit passim ab oibz q̄rere solidū p moralibz cōsiliū. neq̄ silt p̄sume re illō dare q̄sq̄ dz. p̄ferti n̄ habita cū suis circūstantijs oibz vera casus forma q̄ q̄rit

¶ Particula. xv.
Et certe frequēs istic ab inq̄rētibz solet iteruenire defect? Et cū ius ex facto oriat/ qd̄ mix si in rñsiōe fit deceptio. Non quidē semp ex rñdentis. sed ex inq̄rentis vicio. aut crebrius p̄pter fanta

siam paz instructoz. q̄ se palogifant dēci piūt z sophisticāt. putātes casus aliq̄s eē siles q̄s exynica qn̄q̄ circūstantia addita vel remota vel nō attēta/ constat p̄sus eē dissiles vel aduersos. Exēpla tacta sunt. Et apud medicinā dandā p̄ hoc vitium dū vnus sibi visus arrogānt perit? i hac aut hac medicina dāda. applicabit vñā receptā ad morbos ex causis oppositis ortos. nō attendēs q̄ aliud quod sanat calcaneū. nō sanat sed excecāt oculum:

¶ Particula. xvi

Quittam? narratōnes sup hac re vulgares. nec referam? q̄s iustā p̄/ inderōem vel nō/ valeāt aduocari p̄tendere. dū casum oēm ad se delatum. iustificandū suscipiūt Et veniam? ad alias cōclusiones cū suis modificatōibz. inuestigādo p̄cipue/ de intētiōe sustētātis ministz ecclie q̄ z q̄lis sit tenēda. z q̄ et q̄/ lis sit tenēda p̄ cū qui sustentat z recipit siue sit vnus siue sint plures/ secularz aut religiosus. ¶ Et sit conclusio. iij.

¶ Particula. xvij.
Sollicitudo pia cōferentis t̄palia/ si vult p̄t/ in sua generalitate suffragia req̄rere Et sub hac intētiōe sola stādo/ nō min? merebit sepe ap̄d deū/ q̄s pticulari? erigēdo ¶ Non h̄z p̄ria ps dubitationē. ¶ Scōda ps/ vtinā spūalibz oculis q̄les sunt oculi colūbini sponfi et sponse in cāticis/ aspiceret. qm̄ ap̄d illos/ perspicua esset. q̄ cognoscunt oia bñfactoroz oim q̄ntūlibet occultoz premia reposita ap̄d deū/ p̄pter quē z in quo fiūt ¶ Uerū pau- ci sunt spūales h̄mōi q̄ nō miscere curent grāno purissimo caritatis illō seminādo quedā zizania vanitatis. Fitq̄ illō virgilianū. Infelix lolū z steriles nascūt aene. Audi cōformitē illō euāgelicū q̄ siml exorte spine/ suffocauerūt semen verbi et fructū boni operis. ¶ Conclusio. iij.

¶ Particula. xvij.
Sollicitudo pia cōferentis t̄palia/ p̄t z dz amoneri clā aut palā per p̄dicatores aut alios/ sup p̄missa veritate/ p̄ directōe puriori intentōis sue Suadēda q̄ppe sunt bona cū dissuasioe maloz Abilomin? obseruet illō antiq̄ p̄ uerbi. Ne qd̄ nimis. qz q̄ nimis emūgit/ elicit sanguinē Amis exacuēs ferrū/ qn̄z vel hebetat vel cōsumit ip̄m. Satagens

De sollicitudine

deniq; totū quicqd seuerit aut messuerit puez esse/ nō habēs aliqd zizanior; neq; palcarum. qdñi frustra quidni stulte sepe conef z damnose fatiget. Nunqd eligibilis est granū aliqd vel impurū/ q̄ nullū colligere? Quo circa dicamus cōsequēter

Conclusio. v. Particula. xix.

Sollicitudo pia cōferentis tpalia/ potest cū bona venia. Immoz cū gratia/ conditōes certas apponere explicatūas intēōnis sue. Sufficere in primis debet ad cōsensum hui⁹ veritatis/ vsus totū cōis ecclie. q̄ sic hz z recipit. cui si q̄s detrahit imprudenter se decipit. Sūt autē tres p̄ditōes ppter quas pie p̄t pferēs appōere limitatōnes certas. Una p̄cernit psonā recipiētē. Altera psonā pferētē. Tertia psonā affīnē l' attinētē

Particula xx.

Atende z videbis expediēs cē p/ sone recipienti/ q̄ limitet ad certa suffragia. quatin⁹ reddat animus eius magis sollicit⁹ debitū soluere. z intentionē suā in deū dirigere. Quatin⁹ p̄terea maneat eius cōscia securior. quo poterit agnoscere q̄ obligatōe soluta/ quiet⁹ manet. Nec p̄cipendēde sunt due rōnes iste. Quib; addit tertia. Constat nāq; ap̄ deū q̄ nouit oia. qui z dicit. Ego de⁹ et nō mutor. nihil esse necessitatis aperire n̄as intēōnes z affectōes exponere. Hoc ergo requirit ppter nos orātes vt se exhibeamus nos tales nobis ipsi/ qualē cupim⁹ esse deū nobis. pios. amicos. sedulos. cōpatiētes/ z ita de reliq; affectib;. Sed q̄s nesciat/ q̄ orās plus mouet et afficit in se ipso. dū ad p̄cularia respicit. dū bñfactorū munera. dū obligatōes/ dū intentōes/ dū necessitates considerat/ q̄s in quadam vniuersalitate se tenendo.

Particula. xxi.

Idebis rursus circa psonā cōferētis/ expediēs esse frēq̄nter z necessariū aliqñ/ suffragia limitare. P̄tio si ad illa suffragia teneatur vel ex voto. vel ex sacerdotis iniūcto. vel ex alteri⁹ testam̄to. legato. vel mādato. Tertū est p̄inde suffragia ecclie vel singularis psonē/ nō tātū vale re. p mille aut om̄ib;/ q̄ntū si p vno fiāt. z hoc ad p̄ns supponat ex alijs opuscul. Nec est controuersia qualiscūq; apud doctores de suffragio satisfactōnis z redem

ptionis/ sicut exempla ciuilia z quotidiana cōuincūt de debere centū francos q̄ liberaret centū p se solutis. s; additis secuz decē socijs in p̄cipatōe liberalitōis/ p̄pria eius tantū dē liberatio tardaretur.

Particula. xxij.

Idebis deniq; circa psonā affīnē vel attinentē psonē conferētis/ referre q̄ plurimū/ si viderit z senserit p successiōes tēpor; z generationū/ q̄ talis patrens eius vel affinis talis fuit pie sollicitudinis/ vt p se et suis/ talia fieri cōstitueret pietatis officia. Nōne mouet ac cōmouet p̄inde/ p̄ces cū gratiaz actōe z laudib; ad deū referre. Nōne probabile est eidē aian dum fore/ vt quēadmodū ille fecit. ita z ipse faciat. Deductio latior patz aduertenti

Particula. xxij.

Conclusio. vi.

Sollicitudo pia/ cōferentis tpalia/ p̄t cū bono corde nedū in suffragijs conditōes apponere. s; cum hoc loca certa z honorabilia/ sue sepelitionis eligere/ cū appensioe insignior; seu titulor; cōscriptōe. iuxta sui status qualitatem. sic de pompa funeraliū diceretur. Sequit hec cōclusio/ p deductōes p̄cedētes. Et qm̄ inueniūt sanctissimi p̄res tlia curasse. Nā pie recogitata/ cedūt oia ad honore magnificū dei z ecclie tā militātis q̄ trāphantis. Et ad fidē sp̄m q̄s resurrectōis astruendā z incredulor; cōfutatioez proficiūt. Veritas est/ talia oia cōuertit nūc in bonā nunc in malā p̄tem. pro facientū pro cōferentiū. p reapiētiū. p inspicientū. p interpretantiū. diuersa et aduersa qualitate. neq; om̄ino aliter inuenies in opatōib; hūanis extrinsecus exhibitis. Ad qd adduci p̄t illud comicū. Talia sunt oia/ qualis est anim⁹ vtētis. Quēadmodū de diuitijs aut paup̄tate dixit sapiens/ q̄ substantia paup̄is f̄m cor eius

Particula. xxij.

